



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Flores Meditationvm


Bebius, Philippus

Coloniae Agripp., 1623

Medit. 44. De Quarto verbo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59636](#)

5. Christus in cruce alloquens Matrem, non Matrem sed mulierem vocat. Ut doceret religiosos qui mundo mortui, cum Christo crucifixi sunt per obedientiam, obliuisci deberet in terra Patrem & Matrem.
6. Si semel concessam ad tempus nobis gratiam deinde subtrahat Deus, non decet se querelis & morositati dare, neq; cessare a servitio & honore ipsius quietos, sed Matrem filio orbata potius imitari.
2. Non commendat matrem suam Ioanni Christus, cùni ab illa discederet primùm ad mortem, ne quidem in vltima cœna; sed cum ambo adstarent ad crucem. Cum enim ex amicis ei vellet illam tradere, qui esset certissimus, tum clare cognitum est, Ioannem esse fidem in amicitia, cum omnibus turpi fuga lapsis, solus repertus est Ioannes, qui vna cum matre sub cruce adstaret. Veros amicos & seruos Christi crux discernit, id est, tentationum & tribulationum tempus tum qui constantiam seruant, nec à recto discedunt, illi demum veri sunt amici Christi, & filii Matri ipsius.



MEDITATIO XXXIV. DE QVARTO VERBO.

PVNCTA MEDITATIONIS.

- I. Ab hora 6. vsque ad 9. factæ sunt tembrae super terram. Mat. 27
- II. Circa 9. Iesus voce magna clamauit: Mar. 15.
Luc. 23.

O 6 Heli,

*Heli, Lamma. Sabachtani, id est, Deus
me⁹, Deus me⁹, vt quid dereliquisti me?
III. Dixit quidam ecce, Heliam vocat
iste.*

PROPHETIAE.

- Eze. 32.* **O** Mnialuminaria calimare rere faciam, &
dabo tenebras super terram.
- Psal. 21.* 2. Deus meus respice in me, quare me dere-
liquisti?
- Iob. 30.* 3. Clamo ad te, & non exaudis me, sto, & no
respicias me, mutatus es mihi in crudelem.
- Isa. 49.* 4. Dixit Sion, dereliquit me dominus, &
Dominus oblitus est mei.
-

D O C V M E N T A.

1. **C**Vm in periculum, aut difficultatem,
aut certamen contra tentationes inci-
dimus, non abiiciendus aut demitten-
dus est animus: sed per preces humiliter refu-
giendum ad Deum, quemadmodum & Chri-
stus confugit ad Patrem.
2. Neque tuni quidem turbari debemus, cum
subducta omni consolatione spiritus, aut cum
tardio quodam & afflictione in seruitio Dei
versantes, videmur ab ipso planè deserti. Idem
enim Christo in cruce pati contigit.
3. Cum Christus proprius ad morrem ac-
cederet, obscuratus est Sol, & factæ sunt
tene-

tenebrae super terram : Sic quando mentis ardor incipit tepescere , & in ea deficere Spiritus Christi , vita ipsius ; obscuratur intelligentia ; ipsa vero incurrit in tenebras peccatorum.

4. Si Filius Dei , in quo tantum sibi complacuit aeternus Pater , eo quod unum esse nobiscum vellet , sic a Patre derelictus est ; quid nobis erit , qui pleni sumus peccatis , si in morte non reperiamur uniti & coniuncti Christo ?

5. Si amore nostri Christus , ut una nobiscum esset , relinquere Patre voluit : quidni & nos deseramus omnes mundi huius res , & nos ipso , ut coniunganur , & semper cum Christo simus ?

6. Ut Christus non cessauit Patri obedire , quamuis ab eo relictus ; sic non decet nos querere consolationes sensibiles , sed paratos esse absque consolatione illi seruire , scientes eo tempore actiones nostras , et si maiore cum labore & difficultate peragantur , plus mereri , quam si cum dulci animi sentu & consolatione peractae essent .



MEDITATIO XLV.

DE QVINTO VERBO.

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. *Sciens IESVS omnia consummata Mat. 27
esse dixit : Sitio.* Mar. 15.

II. *Vas erat positum , aceto plenum ,
Ioan. 19.*

O 7 ex